

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brevis Tractatus de Conjugio Sacerdotum

Klement, Adam

[Prag], 1615

Kapitel

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-228586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-228586)



AD CARISSIMOS DOMINOS CONFRA-
tres, & Myfteriorum Dei Symmyftas.

HActenus ignarum, fera murmura, commata, vulgus
In nos immeritos, ore tumente, jacit.
Et genus hoc cupiens angustâ parte ligari,
Cælebs nos, reboat, ritè decere genus.
Moxq; videns nostri castissima pignora lecti,
Nescio quo junctos excipit ore, thoros.
(Myſta Deo placeat, sacris inserviat aris,
Vxorem vitet, Solis ad instar agat;
Solis ad instar agat, qui solus comparis expers
In Cælo Solis munia solus agat.)
Censorem egregium! argutum dilemma Sophilli!
Hanc Logicen Strygius Pluto Acheronte docet.
Cur, rogo, conjugium prohibet? Meretrícia colla
Immersus cæno carnis adulter amat?
Ac veluti taurus, veneris monimenta nefandæ
Spirat? et ut sonipes semper adhinnit equæ?
Lex pia connubii generatim spectat ad omnes,
Omnes huic legi lege subesse decet.
Copula connubii Christi, Christi q; maritæ est
Icon; hæc plures spernit amare procos.

(*)

Ergo

*Ergo genus vitæ sequitur si Mysta ligatum,
Et Christi, & Sponsa discit amoris opes.
Discit quo Christus, quo Christum Ecclesia amore
Perpetuet, caelebs scire sed ista nequit.
Hinc procul este canes, quibus insidet ignis amoris
Spurcus, vos superi vindicis ira manet.*

Autor.

Patrocinium tractatus de Conjugio ministrorum Eccle-
siae deq; legitimâ eorum prole collecti,
per

Venerabilem Senem S. ADAMUM CLEMENTEM

PLZENUM ad Ædem Divi Venceslai, Neo-Pragæ pastorem fidelis-
simum, Consistorii Pragensis Reformati Adlesorem
dignissimum.

L E M M A.

*Jovajuvat thalami jura. Quis ergo vetat?
Trux Sathanas.*

N*Ec dum Chare Senex cessas? quid dicet Avernus,
Viderit hæc dextræ dum sacra tela tuæ?
Quæis sobolem casto Mystarum fœdere natam
Adseris à Momi dente furente nigri.
At sobolem incesto Machorum fornice cretam
Impetis ætherei voce potente Libri.
Nonne tibi fatist tandem concessa moveri,
Quod moveas illam, pus Camarina movet?
Pus odit? pus Invidiæ? pus litis iniquæ?
Armigeris IESV sors ea semper obest!*

Preci-

*Præcipue Lernæ septemplex Hydra, movere
Si nequeat superos, mox Acheronta movet:
Moverit! at Stygio motam se noverit æstro;
Innocuos Clero cur neget usq; toros:
Curvæ decem satius statuat nutrire Merentes,
Quàm thalami unius ferre fidele jugum?
Curvæ nothos minimè noto de germine natos
Amplectatur, alat, mulceat, ornet, amet?
Legitimo verò prognatam stemmate prolem
Turpet, & infami turbet arètq; notâ.
Non istud Superi docet aurea regula Patris,
Proliferi sanxit qui pia jura tori.
At Genius spurcâ gaudens uligine, teter,
Obscænæ Veneris turpia furtâ probat.
Is, quæ pura eluent, impura appellat: eidem
Quæ mala sunt, bona sunt: quæ bona sunt, mala
Omnia pervertit sancita ac scita Tonantis: (sunt.
Proin hinc, PERVERSVS cur vocitetur, habet.
Ille quidem fuso malè cautis perlinit ora,
Dum; Mystæ casti sint reverenter, ait.
Hactamen (absistas) latet, heu, latet anguis in herba;
Dum thalamos casti garrit habere nihil.
Spurcitiam verò tàm re, quàm nomine fædam,
Cerussa castæ laudis, Agyrta, tegit.
Usq; regat! sed-enim manet altâ mente repòstum,
Infantes dederit Lama quot una neci.*

Tempo-

Tempore Gregorii factum (si tempora quæras)
Quem Legis pigrit, penituitq; sue.
Occultæ veneris portentum immane! puellum
Sexcentos (eheu!) una Lacuna vorat!
Egregiam verò laudem capitella reportant
Tot simul! absorpsit quæ malefuda palus.
Inunc, atq; nega Mystis connubia, Dæmon,
Quum scateat tantâ vita soluta lue!
Inunc, quodq; soles; Melius prurigine aduri,
Dicito; quàm licitæ Sortis adire faces!
At non talis erat veterum manus inclyta Patrum,
Quæ Synodo præerat, clara Nicea, tuæ.
Illa torum Mystis (sed erat Paphnutius Auctor)
Non interdicto jure subire dedit.
Ipse PIVS legem probat hanc, laudatq; Secundus;
Quodq; magis: probat hanc (nam tulit) ipse Deus.
Et quoniam Jesus, vitæ pia norma gerendæ,
Noluit huic Mystas quosq; subesse jugo,
Quilibet immunis thalami quo viveret, æstu
Illicito miserum conficeretq; jecur,
Quisquam adeone (malum!) quavis excors sit et efrons
Se sapere ut magis hoc, Semisaperda putet?
Scitus erat Præsul tuus, Hippo; audendo quibusdam
Nunc agamis bigamos antetulisse Patres:

Non

Non secus ac lecto productum pignus honesto
 Est melius, quàm quod turpe lupanar alit.
 Sed quid ego hoc æquor tenui conscendo phasello:
 Propositi non est tanta cupido mei.
 Tu melius Pelagus tranaveris istud ADAME
 CLEMENS PLZENI gloria rara soli:
 Rara inquam, fermèq; nigro (mirabile!) Cygno
 Rarior. (ò quanto robore Christe nites!)
 Hoc stadium studiũq; tuum; defendere prolem
 Mystarum: at fido fædere nempe sat am.
 Nec dubito, prout es, cusu maturus. Et usu,
 Quin cudas chypeo spicula firma sacro:
 Sanna quibus sese, Pestisq; sophistria veri
 Induat, atq; ruens imbuat atra solum.
 Viribus Entellus pulses, versesq; Dareta.
 Vaniloquum, creperas qui strepit ore minas,
 Et struit insidias (qui cunq; sit ille) cubili
 Legitimo, vetitam sœtus amare facem.
 Quem tu, Chare Pater, ne cesses vindice vero
 Persequier: vero perpete victor eris:
 Et quæ conjugii primus loca cultor ADAMVS
 Incolit, hæc eadem post pia fata coles,
 Strenuus Adsertor Thalamorum, Et Cultor, et ultor:
 ò CLEMENS Patriæ gloria rara tue!

applaudit

lub: merq;

Georg: Galli Chrudi; Ecclesiastes Satie;

A Rcuit à thalamis Mystras Sophiæq; Magistros.
Ufa diu durâ patria nostra morâ.

Excussere jugum tandem sacra pura professi,

Excussum Sophien turba professa feret?

Non ita. Nam summovit onus jam Troilus illud,

Déq; toro dulci cur sibi plaudat, habet.

Sed dum pro Mystris CLEMENS depugnat ADAMUS,

Qui bené pro nobis dimicet, ecquis erit?

Quisquis erit, castum sociæ experiatur amorem

Gaudiâq; optatâ prole beatus, agat!

M. Iohannes Campanus Vodniantis.

I Mpia misogynum non cures Verba Virorum.

Non Hipponactis murmura parve Liber.

Conjugium res grata Deo est, qui fœdera lecti

Carnis & unius, præcipit esse duos.

Sit Mystes, sit quisq; hominum Deus indit amorem

Omnibus, & fœdus connubiale probat.

M. Nicolaus Troilus Hagiochoranus.

Aliud ad Libellum.

P Arve (nec invideo) videas liber invide lucem;

Invide? sed Mopso, qui Vomit utre lutum.

Invide? sed toedas spurcanti sorde jugales

Qui ruit, in prædam ceu lupo, in Venerem.

Invide:

Iuvide? solivago temnenti sacra Molosso
Cui virtus socios dissociare toros.
- Invide? sectanti pudor! o pudor esto! pudenda
Quæ vendit quovis ære paranda Thais.
Invide? naturæ monstris. Sed monstra tacere
Moris mens monstris obstupefacta, jubet.
Invide cur prodire lubet? non invida lucem,
Exposcunt atris mergier at tenebris.
Invidus invidiâ turgentibus: attamen istis
Eximium est, nullâ parte placere, decus.
Foeda decent foedos: Suibus sua feta decori est;
Bacchas Cyniphius curat amâq; caper.
Ad Styga talis amor tendit: sic itur ad Orcum
Hic datur his porcis currere lata via.
Magnus adulter ubi sedet, æternûmq; sedebit,
Infelix Cænæus, Sardanapalus item.
Vos ego compello Iesu tutela puellæ,
Invidiâ nostrum nîl remorante pedem.
Vindice me, vestri gaudebunt pignora lecti,
Stabit honos Sobolis, surgit honoris apex.
Invidus ergo minus, quin provide, providus esto,
Provida nam lucem luce videre licet.
Ergo libelle, libet, lucet, licet, atq; libido
Quàm sit Mystrarum tetra, nefanda, canas.

Et tha-

Et thalami fructus, & concessos Hymenæos
Assere, Sacrorum fonte rigate sacro.
Obscænos porcos, naturæ monstra, Cyclopas,
Lascivos hircos, coge rubere, & equos.
Ito, sed ito hilaris, nec Verba minantia cures,
Nil vespas, vappas, Attica curat apis.

M. Wencesilaus Clemens Ziebraenus,

A L I V D.

Conjugis Mystæ rogitas aptanda jugali
Margaris an fuerit vel scelerosâ Thais?
Hoc te Divinus CLEMENS Syntagmate Mystes,
Cælestis pastus dogmate, vera docet.
Fæx Sathana quid ad hæc? algete Cupidinis ignes
Illiciti, castus jura dat, ornat, amor.
Tharsensis monet id Doctor: Vir conjugis Vni
Vnius pactam servet alitq; fidem.
Nil facit ad Mystas fors dices: casta dicentes,
Debent & castis ritè vacare toris.
Parcite quæ memini, nam forte cucullus amore
Vsius bis quina dum meretricis erat.
Quæsitus responsa dedit, crucis esse decorum
Plurifava, fuscâ quam modo veste gerit.
Hæc igitur crux casta crucem quoq; jure meretur,
Si sapi hinc licitos discito Mysta toros.
Johannes Mendicillus Zateenus.



Wffem